superius allegata. Unde quidquid dictus Iohannes fecit in predictis, tamquam a non suo iudice factum nullius fuit momenti, ut probant aperte canones XI. q. I. c. penultimo[17]) et II. q. I. c. *In primis* iuxta finem[18]); et XVI.[w]) q. I. c. *Frater noster*[19]) et[x]) ex. *De iudiciis*, c. *At si clerici*[x])[x′])[20]) et ex. *De consuetudine*, c. *Ad nostram*[21]) et C.[y]) *Si*[z]) *a*[a]) *non competenti iudice*, l. II.[b]), III. et ultima[22]) cum similibus.

Secunda ratio est ex eo, quod dicti processus, immo verius excessus, fuerunt facti per dictum Iohannem contra nos et in preiudicium enorme nostrum et illorum[c]), qui nos elegerunt[d]) in regem Romanorum et aliorum principum Alamannie[e]) et totius imperii, ex[f]) notorie[g]) falsis causis et nullo iuris ordine servato nobisque et aliis[h]), quorum intererat, absentibus et nullo modo legitime monitis nec citatis. Unde cum sacri canones et iura divina et humana decernant[i]), sententias et processus quoscumque promulgatos absentibus his, quorum[k]) causa agitur sive ventilatur, et eis legitime non monitis et[l]) citatis, nullius existere firmitatis[m]) — III. q. IX.[23]) per totum, ubi etiam legitur sanctos pontifices diffinisse[n]) in hec verba[24]): *Omnia, que adversus absentes in omni negotio aut loco aguntur aut iudicantur*, irrita erunt et *evacuantur omnino* nec aliquam[o]) obtinent firmitatem, quia divine et humane leges hec[p])fieri prohibent, et[q]) ex. *De testibus*, c. *In nomine Domini*[25]) et in auth. *De testibus*, § *Et*[r]) *hoc vero*[r]), coll. VII.[26]) et ff. *Que sententie*

w) XLII. *E*; XVII. *V*
x) et — clerici *fehlt V*
x′) clericus *G*
y) cap. *G*
z) *folgt* et *E*
a) *fehlt ENpNv*; *hinter* non *G*
b) *folgt* et *G*
c) aliorum *V*
d) eligerunt *NpNv*
e) Alemannie *V*
f) quia *G*
g) *fehlt NpNv*
h) *fehlt G*
i) descernant *NpNv*
k) *fehlt V*
l) nec *G*
m) pirmitatis *(sic) V*
n) definisse *G*
o) aliquem *NpNv*
p) hoc *ENpNvV*
q) ut *G*
r) et hoc vero] et hec vero *K*; ex hoc edicto *NpNv*; hec vero *G*

17) C. 11 q. 1 c. 49.
18) C. 2 q. 1 c. 7.
19) C. 16 q. 1 c. 52.
20) X 2. 1. 4.
21) X 1. 4. 3.
22) Cod. 7. 48. 2—4.
23) C. 3 q. 9; vgl. gl. ord. ad v. *caveant* (C. 3 q. 9 c. 2).
24) C. 3 q. 9 c. 4.
25) X 2. 20. 2.
26) Nov. 90. 9 (Coll. 7. 2).